



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

35 Pauper primò seipsum, & familiam sustentare tenetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

In alienatione autem res censualis cum suo onere transire. Et dicta conditio contractui emphiteutico convenit, cum \dagger bona emphiteutica irrequisito domino ³⁰ alienans cadat à jure suo, glo. in l. fin. in verb. cadat, & ibi Bart. C. de jur. emphit. & Ias. in l. 2. n. 15. eod. tit. & contractus censualis \dagger in hoc est eiusdem naturæ, cu-
jus est contractus emphiteuticus, sed ta-
men in pluribus differt.

³¹ Primò, quia obligatus ad annum per-
petuum censum, si non soluerit per \dagger mil-
le annos, non cadit à jure contractus c.
constitutus vbi gl. in ver. juxta ratam.
extra de relig. dom. Ias. in l. 2. num. 41. C. de
jur. emphit. Bart. in l. 1. §. 1 ff. de publ. & Co-
var. c. 7 num. 1. vers. nam. eis. lib. 3. var. re-
sol. emphiteuta vero cessans solvere pen-
sionem ecclesiæ biennio & privatis trien-
nio, cadit à jure suo, c. vlt. ext. de loca. l.
2. C. de sacr. san. Eccles. & Covar. eo. n.
1. vers. ex hac. verd.

³² Secundò \dagger emptor census, in aliena-
tione prædi. super quo est census im-
positus, omnibus aliis emere volentibus est
preferendus, prævia denunciatione vni-
us mensis & quidquid aliter senserit
Navar. eo. com. de usur. n. 92. ubi inquit,
quod suâ sententiâ justè potuisset hæc
conditio omitti; salva tanti viii. au-
toritate, meo judicio dicta conditio
maximam habet justitiam, & \ddagger 35
quicatem, quoniam emens censem,
velibi non bene consulit, aut vult esse
certus qualitatis vendentis, quia, si est litigiosus,
aut nihil aliud possidet, quam
prædi. quod censui supponere inten-
dit, quod alii anterioribus creditoribus
posset esse obligatum, aut alias sit tam

malæ conditionis, ut vix aliquis secum
deemptione, aut venditione tractare
velit, nam, qui cum alio contrahit, vel
est, vel esse debet non ignarus conditio-
nis ejus, cum quo contrahit; l. qui cum
alio ff. de reg. jur. ne is, à quo quis emit
censem, vendat prædi. viro, quo me-
diante detrimentum patiatur; jure me-
rito omnibus aliis præferri debet, quia
alteri per alterum non debet iniqua con-
ditio inferri, & quidquid contra temeat
Navar, poterit venditor census obligari
ad denunciandum emptori census condi-
tionem, quibus res censui supposita sit
vendenda, & ad expectandum per men-
sem, dominumque census, omnibus aliis
præferendum ad formam dicitæ constitu-
tionis. § vbi autem arg. text: in l. non du-
biuum C. de leg. sed ex natura contractus em-
phiteutici regulariter non tenetur ven-
ditor ad denunciandum, & dominum
directum præferendum.

³⁴ Pluribus \dagger enim modis in venditione
prædi. centui. suppositi potest creditor
census detrimentum pati. Primò si ven-
datur personæ litigiosæ, aut alias malæ
conditionis, cum litigiosi vel adulacionis-
bus animos Principi libi concilient, vel
detrahendo fratribus suis infamiae notam
ingerant, vel inter fratres discordiam le-
minando seditionem nunquam facere ces-
sent, c: hoc habet: §: ecce quare: 46: diff.
Secundò, \dagger si vendatur pauperi, quia
primò se ipsum, & familiā suam paterfa-
milias sustentare tenet: l: præses: C: de ser-
vit: & qui non habet, dare non potest. l: ne-
mo plus juris: ff: de reg: jur: l: traditio: ff: de
acq: rer: dom: c: nuper. §: nos autem: ext: de
donat: inter vir: & vxor:

³⁵ Tertiò, \dagger vendendo potentiori, quoniam

Bbb 2 satis